



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Lib. III. Decretalium. In quo agitur De Rebus, quae in judicium devenire solent, cujusmodi sunt, de vita et moribus Clericorum, ...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1708

§. 2. De jure, quod acquirit provisiis in beneficio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73045](#)

generaliter, nimurum pro omni canonica beneficii provisione, ut exposuimus alibi, quæ contingit beneficii liberâ collatione, vel præsentati institutione, vel electi confirmatione; aut postulationis admissione, vel translatione legitimâ, vel etiam renuntiatione in favorem alterius, per Superiorum legitimum receptâ, ex quo sequitur beneficium illegitime, seu non justè acquiri sine canonica institutione, per reg. i. de reg. jur. in 6.

§. 1.

An beneficia Ecclesiastica jure consanguinitatis acquiri possint?

⁴⁰⁵ R. Beneficium Ecclesiasticum, vel bona Ecclesiastica, non acquiri legitime, ac justè, jure consanguinitatis, ex testamento, vel ab intestato, prima pars est ex c. *ut nullus. i. h. t. ibi: ut nullus de Clero, sive populo, Ecclesiastica bona, jure consanguinitatis sibi requirat habenda.* Altera pars est, quia beneficium sine canonica constitutione, seu provisione non potest obtineri per. i. reg. de reg. jur. in 6. sed acquisitione beneficii ex successione jure sanguinis, ex testamento, vel ab intestato, non est ex canonica institutione, sicut nec acquisitione ejus ex præscriptione, intrusione &c. per dicta in; cit. regula. i. ergo.

Dices: beneficia patrimonialia, cum vacant, acquiruntur jure consanguinitatis, ut dictum est à num. 300. R. beneficia patrimonialia non acquiri *mero jure consanguinitatis*; sed deperidenter ab institutione, seu provisione canonica, si enim sint propriæ *collativa*, non obtinentur sine libera collatione, si *electiva*, sine electi, vel postulati confirmatione, vel admissione: si *patronata*, sine institutio-
ne præsentati.

⁴⁰⁶ Quæstio ulterior est, an valeat pactum beneficiati cum altero, *de succedendo* in beneficio post mortem? 2. An vivente beneficiato, & jam in extremis constituto, institui possit tractatus de Successore? 3. an dari Coadjutor cum jure succedendi? 4. an saltem præsentari, vel nominari Successor, Antecessoris desperata vitâ? 5. an valeat institutio alicujus in beneficio sub conditione, ut aliis succedat, siis, qui de præsenti habet, moriatur, resignet, vel alio transferatur?

Ad 1. R. quod non ex dicendis tit. 7. Tom. III.

Pactum enim de succedendo etiam jure civili reprobatur L. ult. C. de præd. ibi: *nobis omnes hujusmodi pactiones odiosæ esse videntur, & plene tristissimi, & periculosi eventus.* Quare enim quodam vivente & ignorantre de rebus ejus quidam pacientes convenient? Secundum veteres itaque regulas sancimus, omnimodo hujusmodi pacts, quæ contra bonos mores inita sunt, repellit, & nihil ex his pactionibus observari.

Ad. 2. R. constat ex dictis si enim non excludat canoniam institutionem, non obest. Ad 3. constabat à ex tit. 6. de Clericis agrot. ad 4. R. quod non, ex dicend. in tit. 7. de concess. præbend. nam talis præsentatio æquivaler promissio beneficii non vacantis, quæ nulla est.

Ad. 5. R. quod non, constat ex c. Accipimus. 5. de pacts, ubi Alexander Pontifex ad Archiepiscopum Eboracensem scribens, accipimus, inquit, quod quedam sint Ecclesiæ Clericis tali tenore concessæ, quod, post eorum obitum, alii nominantur succedant; verum, quoniam hoc iniquum est, & Sacris Canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tollerari: mandamus, quatenus hujusmodi successiones, tam detestabiles, & iniurias, appellatione cessante, prohibeas, & omnino frivolas & inanes esse decernas.

§. 2.

De jure, quod acquirit provisus in beneficio.

Q ualiter, & quando provisus in beneficio per viam electionis, vel postulationis, acquirat jus in beneficio, ad quod legitimè electus, aut postulatus est? diximus lib. i. tit. 5. de postulat. Prælat. & 6. de Electione; quæstio superest, de acquirente illud per liberam collationem, seu quando provisus est in beneficio propriæ collativo, de quo diximus num. 243. In ordine ad hoc quæstio. 1. est, an Collatorius in beneficio sibi collatos, acquirat jus aliquod in eo ex præcisa collatione, etiam ante acceptationem? 2. supposita collatione; 3. si non acceptavit intra terminum pro acceptando præscriptum? 4. si primum acceptum post lapsum termini?

R. istarum quæstionum resolutionem ⁴⁰⁸ pendere ex c. si tibi absenti. 17. h. t. in 6.

100 *Tract. in Lib. III. Decretal. Quæstio V.*

ubi ex definitione Bonifacii VIII. dicitur: si tibi absenti per tuum Episcopum conferatur beneficium: *licet per collationem hujusmodi (donec eam ratam habueris) jus in ipso beneficio, ut tuum dici valeat, non acquiras*: ipse tamen Episcopus, vel quicunque alias, de ipso beneficio (*nisi consentire recuses*) in personam alterius ordinare nequibit. Quod, si fecerit, ejus ordinatio facta de beneficio non libero, vi-ribus non subsistet. *Sed si Episcopus (notificata tibi collatione) ad consentiendum terminum competentem affinet, nisi consenseris, poterit eo lapsu beneficium liberè (cui viderit expedire) conferre.* Antequam tamen ipsum contulerit: tuum poteris (*non obstante, quod lapsus fit terminus*) praestare consensum, & ex tunc in ipso non poterit aliter ordinari.

409 Ex hoc enim deducitur. 1. *jus in beneficium* absenti collatum non acquiri, donec acceptet, constat ex textu ibi: *donec eam ratam habueris*, & quainvis Barbosa in *dict. c. 17. n. 6.* cum Gonzalez, & aliis censem, quod collatio absenti facta det *jus non in re*, sed *ad rem* etiam ante acceptationem, fortassis ex eo, quod Collator supposita semel collatione, etiam nondum acceptarà, variare non possit, & nulliter alteri conferat, antequam prior Collatarius dissentiat intra terminum prefixum, videatur tamen ex hoc *jus ad rem* non probari, ut notavimus *lib. 4. decretal.* in hoc casu; *cum & ipse Barbosa n. 8. dicat*, ideo in hoc casu non esse locum pœnitentia, *quia Episcopus confert ex necessitate*, cum sibi retinere non possit, & jam functus est officio suo, secus asserens in donatione, & aliis actibus, qui ex mera voluntate fiunt, ergo non probatur *jure aliquo existente in Collatario*, ex quo patet *ad quest. 1.*

& 2.

410 Deducitur 2. per collationem acceptatam acquiri *jus in re* in beneficio collato, etiam ante adeptam possessionem, per Rebuffum in praxi super reg. de non tollendo jure quasito, *gloss. 6. n. 38.* Flaminium *dere sign. benefic. l. 2. q. 16. num. 2. &c.* eo quod in spiritualibus ex solo titulo, absque traditione, plenum *jus transfertur*, ut per Tiraquel. *de jure primogen. q. 17. in 11. n. 5. & opin. 12. n. 2. D. Barbosa p. 2. rubr. ff. solut. matrim. n. 83.*

Deducitur 3. si Collatarius intra termi-⁴¹¹num à Collatore præfixum non acceptavit beneficium collatum, cùm nullum *jus ex præcisâ collatione adquisiverit*; & dispo-*sitio legis*, ne Collator alteri intra dictum terminum conferat, cessaverit, liberè il-*lud conferre posse alteri*; ex quo patet ad 3. ac demum etiam ad 4. prout notatur in textu ad finem in *n. 408.* ubi resolvitur af-*firmative.*

Not. præterea, quod licet in aliis rebus,⁴¹² solus consensus non sufficiat, ad acquirendum dominium earum, sed insuper requiriatur traditio, & apprehensio rei. L. *traditionibus, 20. C. de pac.* tamen in *provisionibus beneficiorum*, per solam collationem, & subseqüentem acceptationem (*quæ etiam inter absentes fieri potest*) seu per consensum expressum voluntatis, acquiri *jus in re*, & quasi dominium beneficii, ante ejus apprehensionem, nam facilius in istis juribus Spiritualibus acquiritur *jus in re*, quam in rebus corporalibus, ut tradit Anchar. *in hocc. not. 1. Layman l. 3. tr. 1. c. 5. n. 8.*

Not. 2. hoc, quod præcedente n. dixi.⁴¹³ mus, debere intelligi. 1. si beneficium col-*latum vacet*, sic, ut nullus alias actu pos-*siderat*; nam nec violentum possessorem, sine sententia Judicis, autoritate propriâ licet spoliare possessione suâ, etiam injus-*tâ*; 2. si Collator ipse habeat *jus mittendi* in possessionem, non autem, si alias, cùm isti præjudicari non possit.

Not. 3. acceptationem beneficii, ab ⁴¹⁴ senti collati, posse fieri non tantum per ipsum Collatarium, sed etiam ab alio ejus nomine ad hoc habentem mandatum speciale, saltem in genere, ut suo mandantis nomine acceptet *beneficium vacans*, si quod absenti conseretur. Si quis autem ejus nomine interim acceptasset beneficium absenti, & adhuc ignoranti collatum; & is deinde hoc intra tempus pro acceptatione præfixum ratum habuit, censetur be-*neficium illi acquisitum ex tempore illius acceptationis*, nam in dato casu nihil de-*fuit*, nisi consensus Collatarii, hic autem, durante tempore, quo acceptari potest, suppleri valet per ratihabitionem, sic Layman in c. *Nonnulli. §. sunt & alii, de Rescript. n. 5.*

§. 3. De